



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

De similitudine Dei ad quam homo accedit. Colloq. XLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

*De similitudine Dei, ad quam homo accedit.*

COLLOQVIUM XLI.

THEO.

*Supra-  
dicti.*

**V**ERVM annectitur huic, quod homo ad similitudinem Dei factus fuerit, id est, quod anima illa habeat, aut habere possit aliam adhuc à priore perfectionem & ornamentum diuinitatis. Ad quem omnino locū veteres Patres aiunt, similitudinem istam fuisse Iustitiam originalem, quam præter Dei imaginem instructi, Adam & Eua similitudinem quandam perfectionum suarum habebant, & virtute indies in bono maiores progressus facendi pollebant: hac verò postea peccatum sublata atque extincta tam in ijs quam in vniuersa posteritate, fuisse gratiam diuinam, & rectum facultatum dictarum vsum, quo homo illud consequi & effectum dare potest, vt dum adhuc in viuis est, Dominum suum quam pressissimè imitetur, ad illius similitudinem magis magisque accedat, & hac ita ratione eò euadat.

vt in

ut in cælo etiam illius gloriam re-  
 ferat & consequatur. Quibus adeo  
 factum est, tres ut in homine imagi- *Tres di-*  
 nes constituerint: primam, quam *uina ima-*  
 naturæ appellabant, & tribus illis *gines in*  
 potentijs supradictis adumbrari af- *homine.*  
 ferebant, ac bonis & flagitiosis com- *S. Thom.*  
 munem esse contendebant: secun- *1. q. 93. a.*  
 dam gratiæ nomine afficiebant, *40. art.*  
 quod eam iustis tantum impres- *9. 3. m.*  
 sam aiebant: tertiam gloriæ esse vo-  
 lebant, quæ tantum ijs conuenit,  
 quos merita sua in cælo collocaue-  
 runt. Ex tribus admodum istis ex-  
 tremæ duæ similitudinis hoc voca-  
 bulo comprehensæ sunt, faciunt e-  
 nim planè eo quo supra dixim<sup>o</sup> mo-  
 do, ut is cui insunt, Deo quam maxi-  
 mè similis esse videatur. Cain pri-  
 mæ possidebat, secundam non habe-  
 bat, gratiâ Dei puta, quæ sola primam  
 perficit atq; absoluit. Abutès .n. do-  
 nis & facultatib<sup>o</sup>, quæ in animam cõ-  
 gesta erāt, Intellectu videlicet, Vo-  
 luntate & Memoria, planè ut cæteri  
 oēs peccatores, cū insigni iniuria sui  
 creatoris, imaginem diaboli sibi im- *1. Ioan. 3.*  
 pressit, ac merito à S. Ioan. malignus *12.*

**Mat. 23.** audire meruit & appellari. Abel ve-  
**35.** rò propter animæ naturalia dona,  
**Luc. 11.** effigiem Dei circumferebat, & ve-  
**51.** ro ad similitudinem illius accede-  
**Heb. 11.** bat: quia gratia diuina non desti-  
**4.** tuebatur, & munera naturalia & su-  
 pernaturalia in se congesta rectè ad-  
 hibens indies seipso perfectior effi-  
 ciebatur. Nunc autem glorificata a-  
 nima tertiam quoque imaginem  
**1. Ioan. 3.** præ se fert, quæ gloriæ diuinæ simi-  
**2.** litudo illa est, de qua Apostolus ait.  
 Similes Deo efficiemur, quia cum  
 visuri sumus sicut est.

*Quomodo homo quam maximè simi-  
lem se Deo facere possit.*

COLLOQVIUM XLII.

**PHILO.** **P**ATET nunc itaque hominem  
 in anima sua per tres istas fa-  
 cultates, imaginem sui crea-  
 toris circumferre, & rectè legitime-  
 que eas adhibendo & virtutibus in-  
 cumbendo illud effectum dare, vt  
 quam maximè ad conditoris sui si-  
 militudinem accedat. Nam dum In-  
 tellectum, Memoriam ac Volunta-  
 tem